NUPTIALEM DIEM,

VIRO

Præclarissimo nec non Doctissimo

DN. M. MARTINO

Böhm/

Prof. Thorun. Gymn. & Visit. meritissimo,

Ut &

Virtutibus fulgidissimæ Virgini

ANNÆ CATHARINÆ,

DN. ERNESTI GIZYCZKI,

Pastoris Mierunscensis Eccles.

in Prussia Ducali.

F I L I Æ,

A. O. R. M. DC. XCIV. d. 11. Novembr.

Gratulantur

SECUNDÆ CLASSIS AUDITORES.

THORUNII,

Imprimebat JOHANNES BALTHASAR BRESLER.

CLARISSIME DOMINE!

Æstuavit intra animos sensusq; fatigavit omnes lætitia, qua pectus nostrum concaluit, dum Te cœlibatus pertæsum cum singularis exempli Virgine in unam veluti animam coalescere velle, perciperemus, eo magis, cum neminem nostrum lateret, lætissimis nuptiis Virtutem Virtuti consociandam esse: Castitatem, Pudicitiæ fide data, de puro sibi prospicere conjugio: Te etenim summorum Virorum famam, ab æternitate suis cedris consecratam, adæquasse, & insertos ob ingenuam politi pectoris Doctrinam Musarum fere Choro, Eruditione attigisse, tantum abest, ut sua luce radiet, ut vel invidiæ idem testimonium perhibendum veniat: Neonympham tuam infucatam formæ vernantis Venustatem virtutibus Virgine dignis auxisse fama neutiqvam dubitat, res ab honestate remotæ Tibi bilem movent; Illa, tanqvam ævi huius pietatis rarum exemplum, ad minus pia rubore suffunditur; Tibi fervida in Clementissimum Numen Pietate nihil prius, & antiqvius: Illa sanctissimas Christianæ religionis opes perseverantissimè diligit adamatq;. Lætemur! qvem exitum vota adspirabant nunc flante prospero Favonio sortiuntur. Eja! lætemur! & qvicunq; vicissitudines humanas prudenti animo respicit nunc vela turgentia contrahens, gaudeat! Tot orantium, & qvod expectationi respondeat expetentium desideria ferunt id nobis, qvo refecti in jubila & plausus, acclamationes & risus certatim solvimur. Qvalibus tantopere trahamur deliciis, unde tanta in nos proficiscatur voluptas, VIR CLARISSIME, auspicato facte NEONYMPHUS, sollicite qværes? In promptu causa est, innotuerunt etenim fatiscentibus mœrore Tuæ felicitatis incrementa; innotuit Te magnum in casto amore negotium habere. Taciti qvidem magnopere miramur, Idalium puellum Te graviter telis suis, a qvorum mucrone nemo viventium tutus, sauciasse; Summopere vero lætamur, Te in felicitatem non unam fausto pede immigrare; Etenim nulla firmior animi voluptas ex omnibus cum homi-

ne

*ne tranſeuntibus felicitatibus humano generi conceditur, qvam qva
ab uxore, ornatu Chriſtianarum virtutem fulgida, in maritum pro-
ficiſcitur. Qvicqvid enim in hoc univerſo, qvod noſtros ſibi vendi-
cat affectus cum voluptute aliqva conjunctum occurrit, id magnis poſ
ſe intervallis ſacratiſſimos conjugis, a mundi contagio illibatæ, amo-
res relinqvit. Divitiarum copia alius delectatur, & deſudat illiu
labor in corraſione opum, verum, fluxæ opes, nec conſtans eo
orum voluptas, poſſeſſæ etenim onerant, amatæ peccatis polluunt, a
miſſarum vero jactura graviter & ambitioſe incumbit; Conclavi
alius Cedrinis tabulis fulcit, inq; tectis auro & gemmarum rariori
pretii fulgore ſuperbis delicias ſuas autumat; verum, depopulatur igni
inceudio turres, & ruentis Cataclyſmi violentia (qvæ damna clemen
tia Numinis a nobis procul eſſe jubeat) affabre excitatas domos va
ſtat; Faſtu & ambitione ſollicita pectora alius turgeſcunt, verum gra
phica Poëtæ verba fortunam ſuperborum depingunt:* * Tolluntu
in altum ut lapſu graviore ruant. *Conſtans vero felicitas, omni præ
dicatione major, a Deo ſupra omnem aliam voluptatem poſita, qv
Conjux pietate in Deum gravis, maritum exornat. Si Viro Juven
talis a conjugii autore Deo adjungitnr, cœlo qvaſi qvodam his jan
in terris potitur, nullis unqvam nubibus rixis diſcordiisqve obvoluti
obfuſcando. Dum maritus difficilis officii labore jactatur, conjux pre
cibus votisqve repetitis torpentem curis proſeqvitur, ut fauſta qvævi
ex animi ſententia ſuccedant. Si vero adverſa mole malorum an
xiam mentem dejectura videntur, comparis voculæ, ob fata marit
perturbatæ, divinis acqvieſcendum eſſe conſiliis docent afirmantque. In
ter creſcentia gravis ſenectutis incommoda ſubſidium, curarum leva
men, imo animæ dimidium vitæ ſocia jure appellatur. Herculis de
cimum tertium laborem viribus noſtris ſuperiorem in nos ſuſcipere co
naremur, ſi omnia piæ conjugis commoda enarrare ſatageremus. U
tamen* CLARISSIMI SPONSI *felicitas luculenter appareret, lan
gvida noſtra crena tetigit, qvod potuit. Opportune & percommod
occurrit, annua Feſta Martini, favente cœlo, inter lætiſimos concenti*

* Claud. in Ruffin. l. I. v. 21.

celebra

celebrari. Martini nomine & Tu CLARISSIME SPONSE *ornatus es; & ſic lætitiam minus tralatitiam recens gaudium comitatur. Hæ voluptates, qvibus cum nobis allevaris, Clementiſſ. Numinis Beneficentiam in Te pronam, in animum revocant, huius Tu particeps factus es. Omni qvippe ætate eluxit in te congrua virtutum concordia, Te nunc docti acumen ingenii, manans ab eloqvente ore lepor, cultum per artes pectus inſignem longe lateqve oſtentat, viridi ab ævo laboribus jactabaris, probe gnarus illius a Martiale Britannico erudite pronunciati:* ** Qvo labor eſt major, gloria major erit; *torpore vernoq; marceſcere Tibi horror, imitatus es ſcilicet, fulgidas ornatu ferri catervas, qvæ extortis, favente Tritonia, palmis, altius ſpirantes per invia & depreſſa, per uligines & bitumina paludum vagantur, grandinis & nivium, frigoris & æſtus aliarumqve cœli injuriarum patientes, nutant ibi criſtati vertices, vexilla undant, ferrea, qvæ moventur, ſimulacra levant vulneris ſecura brachia, pro ſe qviſqve id, qvod qviſqve poteſt ac valet, edit, ferit, plenus ſpei, palmas poſt pugnas, ſpolia opulenta poſt exuta egregia virtute caſtra, triumphos poſt victoriam, Marte felici, ſe viſurum: Tuas item teneras vires labor crudus exercuit, oculus graves ſomnos raro vidit, qvo factum, ut virtutes Tuæ eo nunc in loco poſitæ ſint, ut nullo adhibito prædicationis lumine, præconiis maiores, in oculos incurrant,* χαριεσίαν *tamen effugituris ſilentii peplo involvendæ non erant. Vix altius vota tua ire poſſunt, cum teneant ſummum; elicit proinde nobis felicitas Tua, qva adjutus, prævio tubarum clangore, ſponſam domum ducis, acclamationem, rudem licet; gratiores æſtimabis, qvi puram tibi caſtamqve mentem, qvam carmen meditatum offerunt, Deum imitatus, qui non accuratis adorantium precibus, qvam innocentia & ſanctitate lætatur; Audi proinde, qvod tenuis vena fudit.*

Clare Virum, felix numeretur vita per annos
  Decurrantqve dies ſed ſine nube, Tibi.
Protrudat thalamus ſobolem, ſed ſidere dextro,
  Qvæ poliat ſtudiis pectora, more Tuo.
Qvæqve favente Deo Martini feſta recurrunt,
  Tu fortunatus ſæpe redire vide.
Atqve velut turtur concors cum compare vivit,
  Sic vos unanimes vivite, corda duo.
Vobis nec faciant mordaces funera luctus.
  Vos optata beet tempus in omne ſalus!

** Ovenus in diſt. Eth. v. 28.